

fuisse arbitror, feracissimum Viperarum pro-
ventum, quæ plerunq; bis in anno prægnan-
tes quinquaginta catulos pariunt. Ego nullo
modo adduci possum, ut credam, illos existi-
mavisse in hominum perniciem, sed ad secu-
ritatem, & humanæ vitæ propagationem &
salutem, DEI Opt. Max. humanis rebus con-
sulentis beneficio donatas, collatasq; fuisse:
omne enim vitæ periculū earum morte exol-
vitur, si ictui contusum caput superponatur.
Propterea mirum non est, si olim apud Ro-
manos, qui omnia noverant, perquisiverātq;;
Viperam pro salutis symbolo, cùm publico
tùm privato, ex Augustorum quinta & septi-
ma figura numismatum, sumptam esse colli-
gitur; & alibi inferius. Quod & ex primo So-
lis numismate patet, qui cum omnium vitæ
auctor, conservatorq; sit, ex his eisdem Vipe-
ris cùm longiorem, tūm magis salubrem, ac
tutam vitam ab antiquis traductam esse, signi-
ficatur. Huius quoq; rei signum manifestum
est, eòq; maxime appareat ex sexta figura, quæ
magni illius Hippocratis à Coorum Repub-
cusa fuit in Civis sui satis insignis honorem,
qui baculū cum Viper asustinet, ceù Vipera
humanæ vitæ sit adjumentum. Hoc pariter
insigne Æsculapio prius fuerat consignatum,
quod etiam publicam & privatam Augstorū
salutem